

est. nam cætera explicatione non egent, quid utilitatis afferre potuerit hoc Achitophelis consilium studiis et votis Absalomis; nam tanti sceleris turpitudine abalienare potius debuit, quam allicere populares animos. Hanc Josephus in tam nefario scelere utilitatem invenit, cui Abulensis, Lyra, Dionysius, Historia Scholastica, et plures alii subscribunt. Cùm enim Absalom juvenili quâdam ambitione, atque æstu videri posset consilium illud occupandi regni suscepisse, neque rarò contingat, ut juveniles impetus faciliè, cùm aliquid inciderit difficile, frangantur, existimare poterant, qui tunc illius votis atque studiis favebant, mutaturum animum, et gratiam inventurum apud patrem, quem exorabilem agnoverant, neque ad ignoscendum difficilem. Tunc autem ex eâ conjuratione illum videbantur habituri successum, ut nihil in Absalome haberent præsidii, et magnam apud parentem regem offensionem, cùm adversus illius caput et regnum infideles manus et animos armassent. Quare, ut spem omnem veniæ à parentis benignitate sibi præcideret Absalom, atque obstinatius negotium persequeretur inchoatum, ad illud scelus illum est adhortatus Achitophel, quo nullum excogitari poterat gravius; nullum, quod magis regium animum pudore atque dolore compungeret; nullum indignius veniæ, ut populus inde prudentem caperet conjecturam, nunquam fore ut adolescens, licet natura

injustes. Lors donc que l'Écriture dit que ses conseils étaient regardés comme les oracles de Dieu même, elle se sert d'un langage humain pour parler aux hommes. Elle veut marquer par cette expression cette lumière naturelle qu'il avait reçue de Dieu, qu'il aurait dû employer à des usages saints et légitimes, et dont il se servait, au contraire, pour venir à bout des entreprises les plus détestables et les plus diaboliques. C'est ce qui paraît dans le conseil qu'il donne à Absalom en cette rencontre. Rien n'est plus sage que cet avis, si l'on en considère l'utilité seule, puisque c'était un moyen indubitable pour faire arriver ce prince ambitieux où il tendait, qui était de détacher tous les Israélites du service de David, et de les attacher à ses intérêts.

On voit par l'exemple de ce ministre si habile, et de ce jeune prince qui avait de si grandes qualités naturelles, que les raisons les plus éclairées s'obscurcissent, et ne servent plus que d'instruments aux crimes les plus énormes, depuis qu'une passion violente s'est une fois emparée du cœur. Car ce ministre donne un conseil qu'il n'y a que l'esprit de malice qui pût inventer, et ce prince fait une action dont le comble de la méchanceté humaine paraît à peine capable, et qui n'est digne que de l'enfer. (Sacy.)

levis, aut pudore, aut metu violati parentis, in susceptâ cogitatione langueret. Et ideo addidit Achitophel: *Ut roborentur tecum manus eorum*, quia illa suspicio de conciliandâ pace debilitaret animos, et arma prorsus è manibus excuteret. Quare consilium illud et Absalomem regem constituere, et illius asseclas fortunatos reddere putabatur. Hæc mihi ratio omnium maximè placet, et quia aliena non est, et quia probatur pluribus.

Sed addam ego suspicionem meam, suspicionem, inquam, non opinionem, quæ aliquid hic odoratur quasi in regnorum occupatione legitimum. Scimus usurpatum aliquid à regio munere, aut personâ, aut quod ad unius regis usum, aut dignitatem pertinebat, auspiciis fuisse, aut initium regni, veluti si quis in regio sederet solio, aut coronam sibi per jocum imponeret, si vestem assumeret regiam. Sanè, ut docet in Artaxerxe Plutarchus parùm à principio, qui regiam vestem induisset, capitale censebatur admisisse crimen. Et Pompeius cùm in cruribus cretam gestaret fasciam, quod imperatorium erat insigne, suspicionem apud aliquos movit affectati imperii. Ejus fortassè generis fuit cum regiâ sive conjuge, sive concubinâ, corpora miscere, quod uni tantum regi licebat; quod qui assecutus esset, magnum sibi videretur ad regnum aperuisse aditum. In eam ego cogitationem veni, quia hoc ipsum Salomon horruisse videtur, lib. 3 Reg. cap. 2, v. 22. Nam cùm Adonias uxorem sibi peteret Abisag Sunamitidem, quæ licet nunquam à parente cognita fuisset, secus tamen à populo existimari poterat, respondit matri Bethsabee, quam eam ob rem Adonias ad Salomonem allegarat: *Quare postulas Abisag Sunamitidem Adonias? postula ei et regnum, etc.; et nunc vivit Dominus, etc., quia hodiè occidetur Adonias.* Hæc mea suspicio est; scio non satis firmum habere fundamentum, alius fortassè inveniet. Interim prior mihi sententia potior est.

Libet hic de consiliario Achitophel et de Absalomis improbitate aliquid ad extremum adjicere, de quibus multa Patres et interpretes. Et primum de Achitophel, qui tale adolescenti leviculo ac credulo consilium dedit, quale neque suggeri potuisse videbatur à diabolo. Quærit hic Procopius, quomodo David vir sanctus et prudens usus est tandiù viri usque adeo scelerati consilio, et ita respondet: *Certum est Achitophel pro rebus præsentibus accommodasse, et pro utriusque ingenio et moribus consilium dedisse; erga*

bonum malitiam celans, erga pravum ostendens. Sumpsit, opinor, ex Theodoro, sicut alia plurima, qui eandem sententiam q. 33, magis amplificat: *Sceleratissimi, inquit, dæmones celant suam nequitiam, convertentes cum bonis: sed si invenerint aliquem qui eorum delectetur studiis, eam aperiant, et ea loquuntur, quæ conferunt audientibus. Iste quoque erat talis. Nam et divino Davidi eas adhibebat suasionem et consilia, quæ optimo ejus scopo convenirent, et ea Absalomi consulebat, quæ ejus congruebant moribus. Timens enim ne natura eos rursus conjungeret, deinde, si fieret reconciliatio, pœnas daret proditiōis, extremam illam suggerebat iniquitatem, ut reconciliatio nullus pateret aditus. Statim autem dedit pœnas illius impiæ et nefariæ suasionis: et quoniam in patrem armavit filium, ipse rursus in se armavit manus, et iis laqueum collo injiciens miserum sustinuit finem. Nam cùm ad rerum finem prævidendum esset idoneus, non admittit ejus suasionem Davidis futuram credit victoriam; et timens proditiōem, suâ manu de se sumpsit supplicium.*

De Absalomis jam improbitate pauca, de quâ Salvianus, lib. 2 de Providentiâ. *Jam, inquit, hinc juxta verbum Dei inestimabilis mali commutatus. Insidias diti pater à filio patitur, regno pellitur, et ne occidatur, profugus abscedit. Impurior nescias, an crudelior filius: quia interficere patrem non potest parricidio, fœdat incestu, et quidem incesti nefas per industriam accumulandi sceleris elato. Cùm utique facinus, quod etiam secreta abominabile facerent, perceptor parentis publicè perpetraret: scilicet ut feralissimo crimine non pater tantum absconsus deformaretur, cùm oculi etiam totius orbis publico fœdarentur incestu.* De eadem re optimè et elegantissimè Chrysostomus tom. 1, Homil. de Absalome patrem persequente. *Quis te, inquit, ô Absalom, in hoc facinus prosilire, parricida teterrime, docuit? Quis te furor audere tam immane facinus provocabit? Si offendit, pater est;*

## CAPUT XVII.

1. Dixit ergo Achitophel ad Absalom: *Eligam mihi duodecim millia virorum, et consurgens persequar David hæc nocte,*

2. Et irruens super eum (quippe qui lassus est solutis manibus), percutiam eum,

si læsit, genitor. Quin imò neque offendit, nec læsit. Vincat timorem pietas, affectus insaniam superet, crudelitatem natura debellet. Aut numquid te pater, quia non læsit, offendit; aut idcirco te offendit, quia non læsit? Qui forsitan non offenderet, si læsisset. Et paulò post: *Bestiæ et mutæ pecudes pietatis jura conservant, et quibus natura denegat rationem, non tamen denegat pietatem. Innocentem perimere nefas est, patrem occidere scelus. Prophetam jugulare facinus inauditum, et ante hoc tempus mortalibus cunctis ignotum. Cessa jam ab isto scelere, cessa, cessa, inquam, ne te boni omnes semper exhorreant, ne audaces ex te, quod non noverant, discant. Cessa, inquam, ne qui post te tantum facinus perpetraverit, te utatur auctore. Cur mundo novum facinus tradis? Cur doces quod natura non novit? Cur aures perficere, quod novo supplicio cogatur Deus vindicare? Lege reliqua, quæ planè admirabilia sunt, quæque ego invitatus omitto: sed longus esse nolo, neque hoc, ut ego censeo, interpretis opus est. (1)*

(1) VERS. 22. — INGRESSUS EST AD CONCUBINAS PATRIS SUI CORAM UNIVERSO ISRAEL. Oculis totius populi patebant ea tentoria, in superiori regis domus tecto erecta, et palam omnibus Absalom intrò ingressus est cum uxoribus secundariis, quas David in urbe reliquerat; cæteras enim secum duxerat; atque ita sua fides mansit vaticinio Nathani: *Tollam uxores tuas in oculis tuis, et dabo proximo tuo, et dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis hujus.* Superati regis uxores inter exuvias regi victori cedebant. Vide supra, 8. Smerdis potitus regno Persarum, post Cambysis mortem, uxores illius omnes adscivit in torum.

VERS. 23. — QUASI SI QUIS CONSULERET DEUM. Tantam sibi prudentiæ laudem comparaverat Achitophel, ut ejus consilia perinde ac oracula haberentur. Hyperbolicum est quidem hoc; sed magnâ rerum experientiâ excultum fuisse illum oportet, magno ingenii acuminis ac solertiâ præditum, cùm David in afflictis rebus suis nihil metueret magis, nihil haberet antiquius, quam ut consilia periti hujus æque ac perniciosi hostis præcaveret. Monita ejus maximi fuisse ponderis opus est, ut facile admitterentur in re adeò turpi atque odiosâ, ut scilicet filius patris sui uxoribus abuteretur. (Calmet.)

## CHAPITRE XVII.

1. Achitophel dit donc à Absalom: *Je vais prendre douze mille hommes choisis; j'irai poursuivre David cette même nuit;*

2. Et fondant sur lui (car il est fatigué et ses mains sont défaillantes), je le battrai, tout le



cùmque fugerit omnis populus qui cum eo est, percusiam regem desolatum.

3. Et reducam universum populum quomodò unus homo reverti solet, unum enim virum tu quæris; et omnis populus erit in pace.

4. Placuitque sermo ejus Absalom et cunctis majoribus natu Israel.

5. Ait autem Absalom: Vocate Chusai Arachiten, et audiamus quid etiam ipse dicat.

6. Cùmque venisset Chusai ad Absalom, ait Absalom ad eum: Hujusce modi sermonem locutus est Achitophel: facere debemus an non? quod das consilium?

7. Et dixit Chusai ad Absalom: Non est bonum consilium quod dedit Achitophel hæc vice.

8. Et rursùm intulit Chusai: Tu nôsti patrem tuum et viros qui cum eo sunt esse fortissimos et amaro animo, veluti si ursa raptis catulis in saltu sæviat; sed et pater tuus vir bellator est, nec morabitur cum populo.

9. Forsitan nunc latitat in foveis, aut in uno quo voluerit loco: et cùm ceciderit unus quilibet in principio, audiet quicumque audierit, et dicet: Facta est plaga in populo qui sequebatur Absalom;

10. Et fortissimus quisque, cujus cor est quasi leonis, pavore solvetur, scit enim omnis populus Israel fortem esse patrem tuum et robustos omnes qui cum eo sunt.

11. Sed hoc mihi videtur rectum esse consilium: congregetur ad te universus Israel, à Dan usque Bersabee, quasi arena maris innumerabilis; et tu eris in medio eorum;

12. Et irruemus super eum in quocumque loco inventus fuerit, et operiemus eum sicut cadere solet ros super terram, et non relinquemus de viris qui cum eo sunt ne unum quidem.

13. Quòd si urbem aliquam fuerit ingressus, circumdabit omnis Israel civitati illi funes, et trahemus eam in torrentem, ut non reperiatur ne calculus quidem ex eà.

14. Dixitque Absalom et omnes viri Is-

peuple qui est avec lui fuira, et je frapperai le roi désolé.

3. Je ramènerai tout ce peuple comme si ce n'était qu'un seul homme, car vous ne cherchez qu'une seule personne; et après cela tout sera en paix.

4. Cet avis plut à Absalom et à tous les anciens d'Israël.

5. Néanmoins Absalom dit: Faites venir Chusai d'Arachi, afin que nous sachions aussi son avis.

6. Chusai étant venu devant Absalom, Absalom lui dit: Voici le conseil qu'Achitophel vient de nous donner: devons-nous le suivre? Que nous conseillez-vous?

7. Chusai, voulant détourner la ruine inévitable de David, répondit à Absalom: Le conseil qu'a donné pour cette fois Achitophel ne me paraît pas bon.

8. Vous n'ignorez pas, ajouta-t-il, quel est votre père, que les gens qui sont avec lui sont très-vailants, et que maintenant ils ont le cœur outré, comme une ourse qui est en furie dans un bois de ce qu'on lui a ravi ses petits. Votre père aussi, qui sait parfaitement la guerre, ne s'arrêtera point avec ses gens.

9. Il est peut-être maintenant caché dans une caverne ou dans quelque autre lieu qu'il aura choisi: si quelqu'un de vos gens est tué d'abord, on publiera aussitôt partout que le parti d'Absalom a été battu;

10. Et les plus hardis de ceux qui vous suivent, et qui ont des cœurs de lion, seront saisis d'effroi; car tout le peuple d'Israël sait que votre père et tous ceux qui sont avec lui sont très-vailants.

11. Voici donc, ce me semble, le meilleur conseil que vous puissiez suivre: faites assembler tout Israël, depuis Dan jusqu'à Bersabee, comme le sable innombrable de la mer; vous serez au milieu d'eux;

12. Et en quelque lieu qu'il puisse être, nous irons nous jeter sur lui; nous l'accablerons comme quand la rosée tombe sur la terre, et nous ne laisserons pas un seul de tous les gens qui sont avec lui.

13. S'il se retire dans quelque ville, tout Israël en environnera les murailles de cordes, et nous l'entraînerons dans un torrent, sans qu'il en reste seulement une petite pierre.

14. Alors Absalom et tous les principaux

rael: Melius est consilium Chusai Arachitæ consilio Achitophel. (Domini autem nutu dissipatum est consilium Achitophel utile, ut induceret Dominus super Absalom malum.)

15. Et ait Chusai Sadoc et Abiathar sacerdotibus: Hoc et hoc modo consilium dedit Achitophel Absalom et senioribus Israel, et ego tale et tale dedi consilium.

16. Nunc ergo mittite citò, et nuntiate David dicentes: Ne moreris nocte hæc in campestribus deserti, sed absque dilatione transgredere, — ne fortè absorbeatur rex et omnis populus qui cum eo est.

17. Jonathas autem et Achimaas stabant juxta fontem Rogel. Abiit ancilla, et nuntiavit eis, et illi profecti sunt ut referrent ad regem David nuntium; non enim poterant videri, aut introire civitatem.

18. Vidit autem eos quidam puer, et indicavit Absalom. Illi verò concito gradu ingressi sunt domum cujusdam viri in Bahurim, qui habebat puteum in vestibulo suo; et descenderunt in eum.

19. Tulit autem mulier et expandit velamen super os putei, quasi siccans ptisanas; et sic latuit res.

20. Cùmque venissent servi Absalom in domum, ad mulierem dixerunt: Ubi est Achimaas, et Jonathas? Et respondit eis mulier: Transierunt festinanter, gustatà paululùm aquà. At hi qui quærebant, cùm non reperissent, reversi sunt in Jerusalem.

21. Cùmque abiissent, ascenderunt illi de puteo, et pergentes nuntiaverunt regi David, et dixerunt: Surgite, et transite citò fluvium, quoniam hujusce modi dedit consilium contra vos Achitophel.

22. Surrexit ergo David et omnis populus qui cum eo erat, et transierunt Jordanem donec dilucesceret; et ne unus quidem residuus fuit qui non transisset fluvium.

23. Porrò Achitophel videns quòd non fuisset factum consilium suum, stravit asinum suum, surrexitque et abiit in domum suam et in civitatem suam; et disposità domo suà, suspendio interiit; et sepultus est in sepulcro patris sui.

d'Israël dirent: L'avis de Chusai d'Arachi est meilleur que celui d'Achitophel. Mais ce fut par la volonté du Seigneur que le conseil utile d'Achitophel fut ainsi détruit, afin que le Seigneur amenât le mal sur Absalom.

15. Alors Chusai dit aux prêtres Sadoc et Abiathar: Voici l'avis qu'Achitophel a donné à Absalom et aux anciens d'Israël, et voici celui que j'ai donné;

16. Envoyez donc en diligence à David pour lui en donner nouvelle; et faites-lui dire qu'il ne demeure point cette nuit dans les plaines du désert, mais qu'il passe au plus tôt le Jourdain, de peur qu'il ne périsse, lui et tous ses gens.

17. Jonathas et Achimaas étaient près de la fontaine de Rogel, aux environs de Jérusalem, n'osant se montrer ni entrer dans la ville; et une servante, faisant semblant d'aller puiser de l'eau, alla les avertir de tout ceci. Ils partirent en même temps pour en porter la nouvelle au roi David.

18. Il arriva néanmoins qu'un esclave les vit, et en donna avis à Absalom. Mais ils entrèrent aussitôt chez un homme de Bahurim, qui avait un puits à l'entrée de sa maison, dans lequel ils descendirent;

19. Et la femme de cet homme étendit une couverture sur la bouche du puits, comme si elle eût fait sécher des grains pilés: ainsi la chose demeura cachée.

20. Les gens d'Absalom, étant venus dans cette maison, dirent à la femme: Où sont Achimaas et Jonathas? Elle leur répondit: Ils ont bu un peu d'eau, et s'en sont allés bien vite. Ainsi ceux qui les cherchaient, ne les ayant point trouvés, revinrent à Jérusalem.

21. Après qu'ils s'en furent retournés, Achimaas et Jonathas sortirent du puits, continuèrent leur chemin, et vinrent dire à David: Décampez, et passez le fleuve au plus tôt, parce qu'Achitophel a donné un tel conseil contre vous.

22. David marcha donc aussitôt avec tous ses gens, et ils passèrent le Jourdain avant la pointe du jour, sans qu'il en demeurât un seul en deçà du fleuve.

23. Achitophel, voyant qu'on n'avait point suivi le conseil qu'il avait donné, fit seller son âne, s'en alla à la maison qu'il avait en sa ville, et ayant mis ordre à toutes ses affaires,



24. David autem venit in Castra, et Absalom transivit Jordanem, ipse et omnes viri Israel cum eo.

25. Amasam verò constituit Absalom pro Joab super exercitum. Amasa autem erat filius viri qui vocabatur Jethra de Jesraeli, qui ingressus est ad Abigail filiam Naas, sororem Sarvia, quæ fuit mater Joab.

26. Et castrametatus est Israel cum Absalom in terrâ Galaad.

27. Cùmque venisset David in Castra, Sobi filius Naas de Rabbath filiorum Ammon, et Machir filius Ammihel de Lodabar, et Berzellai Galaadites de Rogelim,

28. Obtulerunt ei stratoria et tapetia, et vasa fictilia, frumentum et hordeum, et farinam et polentam, et fabam et lentem et frixum cicer,

29. Et mel et butyrum, oves et pingues vitulos; dederuntque David et populo qui cum eo erat ad vescendum, suspicati enim sunt populum fame et siti fatigari in deserto.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — DIXIT ERGO ACHITOPHEL AD ABSALOM : ELIGAM MIHI DUODECIM MILLIA VIRORUM (1). Totum hoc caput historicum est, et explicatu

(1) Achitophel dit à Absalom : Si vous l'agréez, j'irai poursuivre David cette même nuit. Je battraï ses gens sans peine; tout le monde fuira, et le roi se trouvant seul, je m'en déferai. Si Absalom avait eu auprès de lui un homme sage et affectionné à ses véritables intérêts, il aurait porté peu à peu les choses à la douceur pour étouffer cette guerre si pernicieuse du fils contre le père, et pour les réconcilier l'un avec l'autre. Mais Dieu, qui voyait la malignité du cœur de ce prince ambitieux, le livre avec une très-grande justice à ses desirs déréglés, et il lui donne un ministre semblable à lui.

Après qu'Achitophel a porté Absalom à faire au roi son père le dernier outrage, il lui conseille maintenant de le poursuivre dans sa fuite, et de s'en défaire. Il savait que les entreprises aussi détestables que celles-ci ne réussissent que dans la chaleur du premier emportement, et que lorsqu'on a le loisir de les envisager et d'en découvrir l'énormité, elles se dissipent en peu de temps. Ainsi il conclut d'abord à faire perdre la vie à David.

Absalom n'a point d'horreur d'un conseil si barbare. Il lui importe peu par quels moyens il s'élève à la royauté, pourvu qu'il règne; et il ne refuse point d'être le parricide de son père, pourvu qu'il en soit le successeur. Mais après que la malice de l'homme est montée à

il se pendit; et on l'ensevelit dans le sépulcre de son père.

24. David vint ensuite au lieu appelé Mahanaim, qui signifie un Camp. Et Absalom, suivi de tout Israël, passa aussi le Jourdain.

25. Absalom fit général de son armée, au lieu de Joab, Amasa, fils d'un homme de Jezraël nommé Jéthra, qui avait épousé Abigail, fille de Naas, père de David, et sœur de Sarvia, mère de Joab.

26. Israël se campa avec Absalom dans le pays de Galaad.

27. David étant venu au Camp (c'est-à-dire à Mahanaim), Sobi, fils de Naas de Rabbath, ville des Ammonites, Machir, fils d'Ammihel de Lodabar, et Berzellai de Rogelim en Galaad,

28. Lui offrirent des lits, des tapis, des vaisseaux de terre, du blé, de l'orge, de la farine, de l'orge séchée au feu, des fèves, des lentilles et des pois fricassés,

29. Du miel, du beurre, des brebis et des veaux gras. Ils apportèrent tout ceci à David et à ceux qui le suivaient, parce qu'ils crurent bien que le peuple, se trouvant dans un désert, était accablé de faim, de soif et de lassitude.

facile. Principio Achitophel maturandum esse dicit, et opprimendum regem, dum adhuc lassus est, et infirmus, neque res ad repugnandum disposita, antequam se et opportuno loco communiat, et ad illum novæ convenienti copiae, quibus vitam suam, et regnum tueatur. Quare ex illa multitudine, quam ex Hebrone secum Absalom attulerat, dari sibi postulat duodecim millia, quibus brevi rem totam confectum iri promittit; et sublato rege nihil præterea negotii futurum esse reliquum. Quod consilium cum reliquæ multitudini placuisset, quia reverà illi rerum articulo admodum videbatur opportunum, Absalomi tamen visum est, ut ad illam etiam consultationem ascisceretur Chusai, quem et virum nôrat esse magni consilii, et sibi fidelem fore arbitrabatur. Qui, ut bene prius conjectarat David, consilium dissipavit Achitophelis, perfectique ut nullum haberet successum utilem illa conjuratio. Hinc jam apparet, quemadmodum plus valeant præ apud Deum preces, humilitas, mansuetudo,

son comble. Dieu fait voir que sa justice agit invisiblement dans les désordres du monde, et que sa providence veille sur les siens.

(Sacy.)

et pœnitentis animi demissio, quàm curus, et equites, et magni alii bellorum apparatus. Illa enim hostium perverterunt consilia, in quibus plus est opis, quàm in militum armis, ad victoriam. Illa fecerunt, ut licet Achitophelis verba instar essent oraculi, tamen in illis non satis acquiesceret, nisi etiam Chusai accederet auctoritas. Illa tantum Chusai verbis tribuerunt ponderis, ut Achitophelis consilia omnium judicio damnarentur.

Consilium porrò Achitophelis fuisse ad illum temporis articulum opportunum probarent omnes, quotquot rei militaris essent non imperiti. Sic sanè docuit Vegetius lib. 3, c. 28, dùm ait occasionem in bello plus interdum quàm virtutem juvare. Quod documentum lib. 9, tradit etiam Polybius. Idem apud Lucanum Cæsar lib. 1 Pharsaliæ.

Dùm trepidant nullo firmata robore partes,

Tolle moras, semper nocuit differre paratis. (1)

VERS. 7. — ET DIXIT CHUSAI AD ABSALOM : NON EST BONUM CONSILIUM, QUOD DEDIT ACHITOPHEL. Negat Chusai futurum esse usui consilium Achitophelis, imò potius certam populo allaturum esse perniciem. Id verò probat ex eo, quod quotidiana docet experientia: fieri etenim quotidie videmus tam in bello, quàm in rebus aliis, ut in mercaturâ, et navigatione, ut ex principiis futura conjectemus, et ex illis in nobis timor oritur, et audacia. Dixit hoc optimè Tacitus lib. 13 Annal., ubi in novis cœ-

(1) VERS. 3. — REDUCAM UNIVERSUM POPULUM, QUOMODO UNUS HOMO REVERTI SOLET: UNUM ENIM VIRUM TU QUÆRIS; ET OMNIS POPULUS ERIT IN PACE. Hebræus ad litteram: Reducam omnem populum ad te, ut rediit omnis populus, quem tu quæris; omnis populus erit in pace. Implexa sunt quædam in textu, quæ quædam vocum transmutatione inducta videntur. Commodè in hunc sensum reddi potest: Reducam ad te omnem populum, quem quæris, quomodo redierunt ad te in quos tecum habes; et tunc pax erit universo Israeli. Vel nullâ transmutatione: Reducam ad te omnem populum; et cum omnes redierint, et vir quem quæris, omnis populus erit in pace. Vel juxta Vatablum: Educam ad te universum populum; et cum reversi fuerint omnes, vir, quem tu quæris veniet in potestatem tuam. Vel: Statim ac venerit in nostram potestatem vir quem tu quæris, reliqui faciliè redibunt. Vel denique: Reducam universum populum; et cum illi quos quæris redierint, omnis populus erit in pace. Postrema hæc versio coherere magis Hebræo videtur. Septuaginta: Reverti faciam omnem populum ad te, quemadmodum redit sponsa ad virum suum. Cæterum animam unius viri tu quæris, et universo populo erit pax. Chaldæus: Reducam omnem populum ad te; redibunt omnes illi, postquam occisus fuerit vir, quem tu quæris; omnis populus erit pacificus. (Calmet.)

ptis validissimam dicit esse famam, et lib. 12, primis eventibus metum, aut fiduciam gigni; et rursus in Agricolâ instandum famæ, et prout prima cesserint, fore universa. Quòd verò quodvis malum in illo primo congressu timeri possit, ex eo probat, quia tam David, quàm qui illi ex civibus adhæserunt, diu sunt in acie versati, et armis tractandis assueti; quare quidvis audebunt: quòd si eò fuerint adacti, ut de victoriâ, aut salute desperent, eò magis esse formidandos: est enim periculosa desperatio, ut dixit Abner capite 2, vers. 26, lib. 2, et nos ibi pluribus. Sunt autem Davidis socii viri audaces, et soliti mortem, dùm student gloriæ militari, contemnere: quare non minori rabie, atque aviditate contra insequentes hostes convertentur, quàm ursæ in illos, à quibus rapti sunt catuli. Quòd si tunc populus, qui nunc Absalome duce triumphare videtur, plagam aliquam accipiat, quod non videtur incredibile, cadent tunc aliorum animi, et aut castra deserent, et domos suas repetent, aut si manere velint sub signis, exiguam navabunt, et inutilem operam. Deinde inutilem fore dicit illum conatum, cum nemo sciat quem locum eo tempore rex occupaverit; neque ex usu fore lassari exercitum, incertumque vagari, cum sciat nemo, an in montibus consederit, unde vis omnis hostilis arceri possit; aut certè latebras subierit, et foveas, ubi tunc lateat, sicut antea sæpè, cum fugeret Saulem, cujus potentiam, cum minus haberet potestatis, effugit. Quod autem docuerat Achitophel faciliè posse capi regem, et occidi, et tunc rem totam videri transactam; id ostendit aut nullo posse modo fieri, aut non nisi difficile. Neque enim tam est rex inconsideratus, et excors, ut cum odorari potuerit quamprimùm hostes in exercitum tenuem, et adhuc imparatum irrupturos, voluerint cum populo commorari, et non potius secesserit à turbâ in aliquem occultum locum, quem nôrit nemo, et se maturè exemerit à periculo. Illo autem incolumi, licet gens illa magnam acceperit plagam, nihil actum est: Illud autem: Sicut ursæ raptis catulis, proverbialem habet formam, quâ significamus furorem et sævitiam, et impavidum animum, qui quidvis aggreditur, neque ullum habet impedimentum, à quo retardari queat. Sic Proverb. 17, vers. 12: Expedit magis ursæ occurrere raptis fetibus. Et Osee capite 13, vers. 8: Occurram eis quasi ursæ raptis catulis, et dirumpam interiora jecoris eorum. Vide quæ nos in nostris commentariis super